



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Defensor Redivivvs Seu De Sacrae Consistorialis Aulae Advocatorvm Origine, ac Munere

**De Rossi, Giuseppe Ortensio
De Rossi, Giacomo Gregorio**

Romae, 1657

35 Collegium Aduocatorum Consistorialium in Ecclesia Romana instar
Collegij centumquinquaginta Aduocatorum Praefecti Praetorio institutum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10678

35 torum Consistorialium ; quo-
 rum * Collegium in Ecclesia
 Romana crederem institutum
 fuisse instar Collegii centum-
 quinquaginta Aduocatorum
 Præfetti Prætorio , de qui-
 bus mentio fit in *l. cum Aduo-
 catio. 8. l. nemini 11. in princ.
 & vers. illud insuper. l. iubemus
 19. C. de Aduocat. diuers. Iudi-
 cior.* Primò, quia in illis require-
 batur eadem probatio honestæ
 conditionis, & vitæ, ac examen
 Iuris peritiæ, vt superius dictum
 fuit ex dicta *l. nemini vers. non
 aliter verò, & vers. Iurisperitos
 etiam, ac dicta l. iubemus vers.
 sine vlla cohortalis, & vers. non
 aliter.* Secundò quia illis pate-
 bat aditus ad intimum Cæsaris

Con-

Consistorium, ut testantur Valentinianus, Theodosius, & Arcadius Augusti in *l. final. C. de offic. divers. Iudicium* ibi. Quibus, & Consistorium nostrum ingrediendi facultas præbetur; qui * 36
 semper patuit, ac patet Advocatis Consistorialibus. Tertiò, quia ex eorum ordine eligebantur Advocati Fisci dicta *l. cum advocatio vers. iubemus*; qui * 37
 tunc bini erant. *l. binos 10. & l. post duos. 15. C. de Advocat. divers. Iudic.*, unde Fulgos. in præcitata *l. binos num. 1.* notat ex hoc descendere, quod servatur in Curia Romana; Nam antiquior Advocatus Consistorialis est Advocatus Fisci Ecclesiastici; non enim sunt duo, nec
 Ad-